# DE THEOMANIA DISSERTATIO INAUGURALIS QUAM CONSENSU ET AUCTORITATE...

# DE
# THEOMANIA

*Dissertatio Inauguralis*

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE PERILLUSTRIS DIRECTORIS AC PRÆSIDIS FACULTATIS MEDICÆ SPECTABILIS DOMINI DECANI NEC NON CLARISSIMORUM D. D. PROFESSORUM ET DOCTORIS MEDICINÆ LAUREA SUMMIQUE IN MEDICINA HONORES AC PRIVILEGIA RITE CONSEQUANTUR IN ANTIQUISSIMA AC CELEBERRIMA UNIVERSITATE TICINENSI

AUSPICE

DOCT. FERDINANDO NOB DE CATTANEI DE MOMO

*CHEMIAE GENERALIS AC PHARMACEUTICAE PROF. ORD.*

UNA CUM THESIBUS DEFENDENDIS

*Mense Augusti anno* 1844.

PUBLICÆ DISQUISITIONI OFFEREBAT

**FRANCISCUS NOB DE PANIZZA**

**De Brunnenwald**

**Tirolensis ex Clesio.**

TICINI REGII

EX TYPOGRAPHIA FUSI ET SOCII

454

Omnis medicina a Deo est. Caelitus delapsa non sine Dei consilio vivit, agitque. Hinc ars nostra sine religione vel impia, vel nihil. Paucula Deus detexit remedia, ut immedicabili quandoque morbo frangatur noster, hominumque superbia, ut ejus frequens imploremus auxilium, ut detur flagellis fatalique termino locus. Divinitates, principatus, inventa Phoebi, Aesculapii, Chironisque, ridicula sunt caligantium mentium deliramenta. Prima artis semina, curae mirabiles, remediorum vires in manu Dei sunt. Virtutes ipse herbis largitur, conservat, et auctat, nostroque ore hominum fortunam, vitam hominum mortemque pronuntiat.

**Alexandri Knips Macoppe** *Aphorismus I.*

LACTANTIO

FRATRI CARISSIMO

UTRIUSQUE JURIS DOCTORI

HOC TENUE OPUS

DICABAM.

## EXORDIUM.

Perantiqua viget lex, ex qua sustentis rite tentaminibus rigorosis, quisque juvenis medicus, Medicinae Doctoris Lauream adepturus, tractatum debet conscribere de themate, ipsi maxime adridente. Ut ideo hoc munus absolvam, in mente mea sedet sermonem habere de illa peculiari mentis alucinatione, quae sub nomine Theomaniae venit. Si quid obvium invenies, benevole lector, quod tibi minus conveniret, tenuioribus juvenis viribus adscribas, seviori judicio resistendi imparibus. Vale, et conatibus meis fave.

## PARS PRIMA

Theomaniae vocabulum a graeco fonte suam ducit originem, videlicet a vocibus Θεος Deus, et μανια mania, furor, atque nil aliud exprimit nisi maniam religiosam. Haec mentis alienatio duplici sub adspectu in praxi occurrere solet; aliquando enim homines putant Deos esse, colloquia tenent cum Deo ipso, cum Angelis, sanctis, vel autumant divino spiritu afflatos esse, ut populos ad veram religionem converterent; quo in casu *Theomania* stricte talis dicitur. Nonnunquam e contra animus continuo exagitatur terrore ex eo, quod isti putant se Daemone invasos, vel aliis spiritubus malignis, atque inferorum penis damnatos esse; et tunc *Daemonomania* nuncupatur. Hoc vocabulum frequentius usurpatum invenimus, quod si rem bene perpendimus, non speciem peculiarem maniae religiosae, sed tantummodo varietatem constituit; nam sive in uno sive in altero casu mania semper religiosa dici meretur.

8

Quum homo duplici vita polleat, organica nempe, et animali, ita duplex ordo functionum in ipso occurrit, organicae nempe et animales: primae organismi integritatem ac reparationem tuentur, alterae eum in commercium ponunt cum mundo externo, quaeque nobiliores sunt. Quum ideo homo entem sensibilem constituat, ita gaudiis et cruciatubus obnoxius est, atque ex continuo alternat voluptatem inter ac dolorem, spem atque timorem, ideo clarissimus Esquirol optime monet » Di qui naeque, inquit ille, la » prima idea del bene, e del male, di qui » la conseguente nozione di due principj, di » due esseri, l' uno benefico, l' altro malefico; e di qui tutte le istituzioni umane, » e tutti i sistemi mitologici. La religione » ora fu amabile, e consolante, ora minacciosa, ed austera. Ma il piacere scarseggia, e il dolore abbonda, e vi ha sulla » terra più mal che bene; onde le idee tristi prevalsero; e siccome dalla tristezza » al timore, e dal timore allo spavento passa breve intervallo, così l' uomo inclina » fin da fanciullo a una specie di melanconia religiosa dipendente da terrori lugubri » coevi al mondo. Pertanto la melancolia religiosa è stata la più frequente delle alie-

» nazioni mentali, e ne abbiamo esempj me-
» morabili nei libri sacri di tutte le na-
» zioni » (1).

Si nunc ad trutinam revocamus historias, plura exempla invenimus theomaniae: ast inter mentecaptos, nonnulli hilares atque audaces sunt; dum alii tristes, melancholici, pavidi, atque exterrefacti reperiuntur; primi utpote divino spiritu afflati habebantur, et oracula dabant; alteri coelo invisi dicebantur: Meleagrus, Aedipus, Orestes, aliique propter ipsorum crimina a furiis exagitati, nil aliud erant nisi melancholici. Timor, inquietudo, pavor humanum judicium corrumpunt, ita ut homines ad delirium perducantur.

Mens humana suapte natura propendit ad potestatem suam adaugendam, atque semper putat naturae limites excedere. Homo voluptatis speciem invenit in aliia suadendis circa aliquod argumentum, atque in exercendo agnotam dominationem super eorum mentem; ideo praestantissimus Alibert optime monuit: » Questa inclinazione, ille ait, nel-
» l'esaltazione scontrasi sin nella più umile

(1) Esquirol. Della alienazione mentale Cap. V. Della Demonomania Vol. II pag. 2 Milano 1829.

» classe del popolo; i pastori, gli agricol-
» tori, segnatamente quelli, la cui vita è
» solitaria, e contemplativa, credonsi in co-
» municazione cogli spiriti celesti; è il bi-
» sogno d' evitare la sorpresa, che creò i
» maghi, i pretesi indovini ecc. Queste con-
» siderazioni meritano di essere esaminate.
» I visionarj non sono che pensatori traviati,
» che cercano d' ingrandire il campo della
» riflessione, ed imprimere maggior movi-
» mento alla volontà » (1).

Pulcherrima Evangelii lex tandem refulxit, larvamque mendacio eripuit; oracula siluerunt, et Christus Dominus noster triumphum egit ex idolatriis, omnesque homines ab illo illuminati ad Deum unicum confugerunt. Sed et haec religio admittebat existentiam spirituum infernalium; temporum ignorantia quammaxime adaugebat potestatem horum entium super corpora humana, et timor, quo continuo mentes debiles exagitabantur, talem influxum exercebat super homines nonnullos, ut putarent, perdurante etiam vita, a Daemonibus invadi, quare Daemonomaniaci numero adaugebantur; ideo a primis usque tem-

(1) Alibert. Fisiologia delle Passioni Vol. II pag. 110, e 111 Cap. X Dell' Entusiasmo

poribus exorcismi instituti fuere: res autem quammaxime aliter se habebant, praeces enim, atque rita sufficiebant ad obsessos liberandos, neque impie flammis damnabantur: dies enim statuebantur solemnes, quae immani colligebant obsessos in aliquo templo; tunc gentium multitudo, Episcopi praesentia, gravitas atque splendor rerum sacrarum, aliaeque circumstantiae talem influxum exercebant super aegrotantium imaginationem, ut plures domum sanati redirent, atque » la per» suasione del miracolo preparava poi nuove » guarigioni per gli anni futuri (1) » Sed quum, magno hominum infortunio, Luterus nostram religionem modificari voluisset, ut eam a nonnullis abusibus liberaret, sed potius desiderio accensus ulciscendi Pontificem maximum, ubique de quaestionibus theologicis agebatur, partes invicem inferni poenis damnabantur, talique pacto melancholia religiosa magis, magisque grassabatur. Calvinus eo pejus egit, uti monet clarissimus Esquirol: » quello, ille ait, fu il tempo degli sco» municati, dei presciti, e degli stregoni; » si costituirono tribunali terribili, si citò il

(1) Esquirol opera citata pag. 4

» diavolo a comparire, si ergessero palchi, si
» accesero cataste, e i demonomaniaci sotto
» il nome di maliardi, e di ossessi, e dop-
» piamente vittima degli errori dominanti,
» furono trascinati in giudizio, e condan-
» nati alle fiamme, dopo di essere stati mes-
» si alla tortura perchè rinunciassero al pat-
» to, che si pretendeva che avessero col
» demonio » (1).

In omni aevo autem non defuerunt medici, atque philosophi, qui vulgarem opinionem spernentes, conati sunt demonstrare maniam religiosam morbum reapse talem constituere, neque Daemones aliquod imperium in istos exercere; sat caligantium mentium deliramenta ita egerunt, ut eorum praetiosa praecepta a paucis tantummodo in acceptis essent. Ipse divus Hippocrates in libro epilepsiae, quae ab ipso dicitur *morbus sacer*, absolute affirmat, dari non posse aegritudines, quae a Deis perveniant; idem asserit Araeteus in *libro primo de causis morborum diuturnorum*.

Progressu autem temporis summi viri defendere coeperunt ab erroribus obsessos, con-

(1) Esquirol opera citata pag. 5

tra opinionem Del Rio (1), Bodin (2), De l'Ancre, nec non inquisitorum; quos inter peculiarem sibi vindicant laudem Cardano, Cornelius Leoz, Josephus Duchèn, Bekker, Pigray, Bayle (3), Naudé, Mead, Fontenelle (4), Esquirol (5), qui ita scripsit: » Dacchè le genti hanno men paura di loro » (videlicet Daemones) essi non le tormentan » più, e da che non si bruciano più le stre- » ghe, non abbiamo più negromanti nè stre- » ghe ». Neque hic silentio praetermittendi sunt consessus, praeside Seguir, qui delerunt nonnulla decreta flammis obsessos damnantia; et unicuique porro satis notum est quod nam perspicacissimus Aguesseau in consessu dixit — ad obsessionem auferendam sufficit eam negligere, haud amplius de daemonibus, obsessoribus, aut obsessis loqui —; quod tacito modo hujusmodi gens medicis tradenda est, plus commiserationis quam poenae digna.

---

(1) Disquisitiones magiques.

(2) De la demonomanie des sorciers.

(3) Bayle, Recherches sur l'arachnitis chronique, la gastrite et la Gastro-enterite chroniques, et la goutte, considerées come causes de l'alienation mentale.

(4) Fontenelle Historie des Oracles.

(5) Esquirol opera citata pag 6.

## PARS SECUNDA

Aegrotantes monomania religiosa, uti jam supra monui, continuo torquentur scrupulis, qui plerumque magnam relationem habent cum elapso vivendi genere; exagitati, et perterrefacti sunt alli timore suppliciorum infernalium; alii timent in daemonum potestate esse, vel etiam sic dicta daemonomania invaduntur; nonnulli die, noctuque exercitiis religiosis operam navant, ubicumque sint; quin imo indesinenter ad ipsa incumbunt; aliqui visiones, inspirationes divinas habent, futura praedicant, et Dei nomine jubent, qui eis missionem dedit, homines ad veram religionem convertendi. Aliquando monomania religiosa epidemico more grassari visa fuit ob quamdam speciem, ut ita dicam, contagii moralis, nec non immitationis vim, uti videre licet de omnibus morbis nervosis. Quod nam imperium phantasia in nostrum organismum exerceat, omnibus satis superque notum est; de hac pulcherrime egit clarissimus Muratori: » Allorchè alcune Ver» gini, ille ait, od altre anime innamorate » di Dio, si danno alla Meditazione della

» Vita del Divino Salvatore nostro, o d' al-
» tre verità spettanti alla Religione, convie-
» ne supporre, che le medesime han già
» pieno il capo di quelle sacre dottrine, e
» divote Idee, per la continua lettura di
» libri ascetici, per le Prediche udite, e per
» lezioni lor fatte da Uomini dotti, e pii.
» Sicchè nulla manca di materiale alla loro
» Fantasia, e Mente per formar lunghi, in-
» gegnosi, ed affettuosi colloquj nel loro
» interno, e per immaginare cose nuove col
» maneggio delle precedenti Idee, deducen-
» do una dall' altra, e figurando le azioni
» Divine, degli Angeli, e degli altri Beati,
» quali il loro divoto affetto stima più pro-
» babili, e convenevoli al suggetto delle loro
» contemplazioni. . . . . . . Bastante è l'Anima
» piena di sacro affetto colla Fantasia ricca
» di tante Idee per sì fatto lavoro . . . . Es-
» sendo poi vivacissima la Fantasia delle
» donne, e massimamente delle giovani, ga-
» gliardissimo ancora l'affetto verso Dio, e
» verso i suoi Santi delle Vergini, o Donne
» di straordinaria Pietà: a poco a poco si
» intense talvolta diventano le loro medita-
» zioni, che l'Anima, abbandonato il com-
» mercio co' sensi, tutta si concentra nella
» contemplazione di que' santi, e cari oggetti,

» nascendo con ciò le loro estasi..... facil-
» mente la loro mente assorta si mira in
» que' pensamenti, sembrando loro di avere
» realmente, e non immaginariamente pre-
» sente Cristo Signor nostro, di abbracciar-
» lo Bambino, di accompagnarlo nella Pas-
» sione, e di fare altre simili azioni (1) ».
Sacrae ergo Conciones, confessiones frequentissimae, librorum sacrorum continuata lectio, aliaque similia pedetentim mentem ita exaltare valent, ut inde vera Theomania oriatur; eoque facilius si hoc in foeminis eveniat, unicuique monomaniae generi magis expositis, magis superstitiosis, timoris, ac terroris imperio magis subjectis, melancholiae magis proclivibus; in individuis imbecillibus, ad fortiorem moralem reactionem minime aptis. Theomania acutem in locis montuosis magis grassatur; in pagis magis quam in urbibus; in hominibus classis inferioris, ubi mentis educatio retardatur, magis quam in divite, in quo vita moralis valde est evoluta. Istiusmodi casus porro frequentiores facti sunt ab aliquibus hinc annis in Meridionali

(1) Muratori. Della Forza della Fantasia Umana p. 148 e 114.

Tyrole, postquam illic per missionarios Christi religionis fervor excitare desideratur; atque ita ut, absoluta missione, per temporis spatium plus minusve longum, aliqui monomaniae religiosae casus hinc inde facilius manifestentur.

Homines Theomania laborantes ut plurimum macie faedantur; faciei lineamenta contracta offeruct, cutis eorum apparet uti combusta, atque coloris flavescentis, oculus suspiciosus est, et generalis eos torquet inquietudo. Raro obdormiunt, parum edunt, ac plerumque clandestine, nec non atypsim patiuntur; valde ambulant, hominum societatem fugiunt, atque solitudinem praediligunt. Quando a daemone se invasos esse putant, conqueruntur de artuum doloribus, nec non capitis pectoris, et imae regionis abdominis, atque de istis daemonem criminantur; comburi, ac confici intus persentiunt; circa eos inferni flammae stant, quamquam ab aliis adstantibus haud percipiantur; de propria conqueruntur sorte, lacrymant et suspiria trahunt; ipsi conantur damna inferre propinquis; pluribus alucinationibus obnoxii sunt, ac nonnunquam ad furorem usque perducuntur.

Odor ingratus, quem ipsi emanant, quique

a nonnullis habetur utpote indicium praesentiae daemonis, symptoma constituit commune omnibus morbis nervosis, atque pendet ab halitu, vel cutis perspiratione, quae foetet propter humorum corruptionem, vel neglecta cutis munditie. Foetor halitus praesagium constituit imminentis accessus hysterismi, melancholiae, maniae, vel convulsionum.

Daemonomaniaci sensationes patiuntur erroneas, uti omnes melancholici; aliquis putat se daemonem esse; alii censent ipsum in corpore intus habere, qui eos fodicat, momordit, dilaniat, vel urit; alii colloquia tenent cum ipso; ejusdem vox a stomacho, abdomine, et in foeminis ex utero pervenit; eos impellit ad crimina, ad caedes, ad inhonestiores turpitudines, exsecrationes horrendas, illos minitando se percutiendo qui minime eisdem obtemperant. Dantur quoque nonnulli, qui continuo murmurant; quare credebatur, tali ratione illos cum daemone loqui, ut alii minime intelligant; sed hoc symptoma in pluribus quoque melancholicis occurrit, potissimum quoties ad dementiam perveniunt.

Illi qui monomania religiosa torquentur, sicuti in aliis monomaniis observatur, pervicacissimi sunt, neque cruciatus valent ad

eos dissuadendos: » Io ho assistito un gio-
» vane, ait Esquirol, il quale ingannato da
» soverchio sentimento di onore non voleva
» mangiare. Nessun mezzo valse a piegar-
» lo, e i consueti si tentarono tutti, sino
» al ferro rovente applicato con gran for-
» malità a varie parti del corpo: fece mi-
» glior effetto una sorpresa. Di che non è
» egli capace un uomo che abbia l' imma-
» ginativa molto esaltata? I figli di Sparta
» flagellati sull' altare di Diana spiravano
» senza fare un lamento. Uno tra gli altri,
» avendo rubato un volpicino, e nascostolo
» sotto al pallio, anzi che farsi scorgere, si
» lasciò tanto mordere, e graffiare, e lace-
» rare il ventre, che ne morì » (1).

Venefici Hiberniae in suis devotionibus semper dicunt *Ave Maria*. In Livonia e contra veneficia sequentia verba proferuntur. *Due occhi ti hanno guardato: possano tre altri guardarti favorevolmente, in nome del Padre, del Figliuolo e dello Spirito Santo*, atque tali modo Daemonem ex monomaniaco expellere putant.

Nonnulli auctores, uti Del Rio, Bodin,

(1) Esquirol loco citato pag. 20.

Dell' Anere, aliique nec non inquisitores, commendant, obsessos examinandos esse ut primum in carceribus clanduntur, nam per aliquod temporis spatium daemon eos relinquit, atque tunc omnia fatentur; sed paulo post redit, eosque docet res quas dicere debent. Sed haecce fallax assertio est, atque mentium caligantium deliramentis tribuenda; hoc phoenomenon a nulla alia causa pendet, nisi a viva atque forti impressione, quae temporis momento semper delirium suspendit, sed effectu impressionis extincto, illico redit. Hoc phoenomenon ad praeceptum maximi momenti pro cura ducit dementium, et potissimum melancholia, vel monomania laborantium, in quibus, ait Lorry, *spasmus spasmo tollitur*. Theomania per accessus redit, qui de repente, et magna cum vi erumpunt, atque temporis spatio plus minusve longo perdurant; sanatio valde ambigua est. Plures tangere potest exitus: abit in dementiam, maniam, convulsiones diversas, atque saepissime in morte terminatur, quam praecedunt marasmus, scorbutus, febris lenta, aut convulsiones.

## PARS TERTIA.

Superest nunc ut dicam quae ad Theomaniam disponunt, vel eam provocant. Jam supra monui, hanc aegritudinem epidemico more grassari visam fuisse propter speciem quamdam contagii moralis: ita anno 1552 octoginta quatuor personae Romae theomania correptae fuerunt. fere eodem tempore in Germania invasaa sunt omnes monacae Kerndrop; daemones accusarunt eoquam coenobii, quae confessa est, se maleficam esse, atque flammis una cum ejusdem matre damnata fuit.

Peculiarem porro attentionem sibi vindicat seminium haereditarium; neque mirandum erit, nam mentis alienatio generatim quam maxime hereditaria est. Theomaniae scriptores mentionem faciunt quarundam familiarum, in quibus omnes malefici fuere per plures generationes. Relate autem ad aetatem, pueri fere nunquam obsessi evadunt: in aetate puerili non observatur neque mania, neque melancholia: quae hisce morbis facillime disponit, aetas est virilis, ab anno quadragesimo ad quinquagesimum. senes una-

ginationem minus fervidam habent, ideoque difficilius Theomania invaduntur.

Theomaniae, uti etiam omnibus mentis abrnationibus, magis obnoxiae sunt foeminae, quam mares; » Bodin crede che vi abbiano » più di cinquanta streghe sopra uno stre» gone » (1) Quodsi foeminae facilius mania corripiuntur, et speciatim religiosa, hoc pendere videtur a rostitutione nervosa, in qua plerumque pollent magis quam viri; a statu susceptibilitatis plerumque maximae quae comitatur epocham menstruationis, graviditatis, lactationis; ab earum statu sociali, qui illas tam saepe exponit injuriis, atque infortunus cujuscumque generis. Menstruationis porro anomaliae saepissime maniae causam constituunt. Haecce revera aegritudo nonnumquam effectum constituit gravis adfectionis moralis periodo menstruationis superventae, quae fluxum supprimit; atque ratameniorum cursus perturbatus a clarissimo Georget sub hoc duplici adspectu observatus fuit. Ex alia parte vero sive hoc phoenomenon symptoma constituat, aut causam Theomaniae, in utroque casu necessario prorsus evadit, ut me-

(1) Esquirol loco citato pag. 9.

dicus studeat beneficum fluxum revocare, uteri functionem perturbatam restaurando. Plinius quoque observavit, Theomaniam frequentiorem esse foeminis, et asserit, in veneficio foeminas hominibus praeferendas esse, quam sententiam sequutus est quoque Quintilianus. Nunquam satis laudatus Esquirol ita tamen scripsit. » La donna è più » eminentemente nervosa, più esposta a qual » si voglia specie di pazzia, più ligia della » propria immaginazione, più soggetta al» l'influsso del timore, e dello spavento, » più suscettibile di superstizioni, e più pro» pensa alla melancolia. E giunto il tempo » critico, vedendosi abbandonata dal mondo, » ella passa dal tedio alla tristezza, dalla » tristezza alla monomania, e non di rado » alla monomania religiosa. Se poi vi ha » complicazione d'isterismo, i sensi vengo» no a conflitto colle massime religiose, e » la donna diventa demonomaniaca ogni» qualvolta la debolezza d'animo, l'igno» ranza, e i pregiudizj l'abbiano preparata » a questa malattia » (1).

Praeter aetatem sexum, atque tempera-

(1) Esquirol loco citato, pag. 19, 20.

mentum, aliae habentur causae, quae monomaniae religiosae disponunt: hic enumerandae veniunt prava educatio, furor fanaticus religiosus, vita assetica, pavor nimius inferni, nec non idea fallax divinae justitiae. Jam a longo tempore nonnisi mentes debiles, et credulas invadit.

Observat Erodius, a temporibus Henrici III, theomaniam aegritudinem ignorantium et villicorum evasisse; quod observatum etiam fuit a clarissimo Esqurol, qui duodecim daemonomaniacos vidit, omnesque infimae classis populi erant.

Causae autem morbi peculiares, vel, ut melius dicam, excitantes, eaedem plerumque sunt, quae melancholiam producunt; sed Theomania nonnullas quoque sibi peculiares vindicat, quae vel phisicae, vel psychicae esse possunt. Sic aliqua animi vehemens commotio, terror de repente incussus, intuitus artificiosus vel torvus, sacra oratio metum perditionis graviter incutiens, suspicium sortilegii, et sola inimitationis etiam vis sunt causae psychicae, quae theomaniae accessum provocare valent. Ad phisicas vero referuntur veduitas, tempus criticum, nonnullae frictiones, et nonnulla suppositoria ex aliquibus substantiis; tandem potus substantis inebrian-

tibus, et narcoticis confecti. Gassendi refert de aliquo pastore narbonensi, qui anteaquam lectulum peteret, suppositorio ex strammonio utebatur, et mane referrebat quodnam viderat in veneficarum congressu. Ut in dictos congressus admitterentur, nonnulli venefici omne corpus substantiis somniferis, atque irritantibus prius inungebant : substantiae istiusmodi duplici ratione agunt; prima phantasiam excitant circa res pollicitas, atque exoptatas; postea cerebrum irritant, insomnia provocant, quae, uti omnibus res nota est, consentanea sunt ideis atque desideriis, vel etiam timoribus qui tempore vigiliae mentem occupant.

Superest nunc, ut deveniamus ad Theomaniae curam, nam quum morbum reapse talem constituat, ita omnem medentium attentionem sibi vindicat. Theomania enim, uti omnes morbi convulsi, atque systema nervosum adficientes, therapia indiget, neque flammis damnandus qui miserrime eadem laborat. » Le convulsioni perciò, ait » praestantissimus Esquirol, non trasse» ro in errore un Pigrai, il quale, es» sendo richiesto del suo parere intorno a » quattordici energumeni condannati al fuo» co, decise che avevano bisogno di elebo-

» ro, nè la gente che le vide a S. Medardo, » nè il Magistrato, che guari que' convul- » sionarii come a lui piacque, sprezzando » il mormorio di alcuni impostori, i quali » volevano continuare ad abusare della cre- » dulità pubblica » (1). Cura Theomaniae dividitur in phisicam, sive pharmaceuticam, et psychicam, sive moralem. Monomaniae religiosae therapia minime circumscribenda est administrationi nonnullorum medicaminum; sed oportet antea scire, ipsam morbum constituere pervicacem, ac difficilis sanationis, quod medicamen plerumque praestantissimum morale est. Oportet ideo sedulo inquirere in animum aegrotantium quaenam fuit princeps morbi causa, eos commiserari, solatium ipsis praebere, atque spem pedetentim iisdem inducere.

Tam veteres quam recentiores aëri magnum influxum tribuerunt ad facultates intellectuales, atque morales in pristinum restituendas. Dulcis aer, coelum pulcrum, clymata sicca, atque temperata, loca amoena quammaxime monomaniacis conveniunt. Balnea tepidula utilissima evadunt ad cutis transpirationem promovendam; atque omnes me-

(1) Risquirol loco citato pag. 28. 29

diei a Galeno usque ad nos eorum beneficia experti sunt: alimenta salita, substantiis aromaticis condita, irritantia, difficilisque digestionis rejicienda erunt; e contra convenient carnes animalium juniorum, alimenta vegetabilia, nunquam vero farinacea; optimae sunt herbae, fructus, eoque magis si substantiam mucoso-saccharinam abunde continent: Fernel, Wan-Swieten, Lorry sanationes obtinuere fructibus aestivae tempestatis. Neque silentio praetermittenda sunt corporis exercitia, nam quacunque ratione peraguntur, efficacissima evadunt. Ante omnia veniunt itinera, quae mentecaptum tali modo afficiunt, ut amoveatur ab illa peculiari idea, qua ipse torquetur; dein equitatio, venatio aeque prosunt, dummodo aeger ad suicidium proclivitatem non habeat. Haec omnia generatim. Sed contra Theomaniam habentur et alia auxilia, quae maximum exercere possunt influxum Albrecht refert, se hominem sanasse validum, demonomania jam pluribus ab annis detentum, ei suppeditando omni decimaquarta die vinum emeticum; post quartam potionem sanus erat.

Auxilia sacerdotum raro utilitatem attulerunt, atque adhuc rarius emolumentum obtentum permanens fuit. Foemina, quae da-

innatam esse putabat, pluribus sacerdotibus se committebat, inter alios antistes, quidam venerandus propter suam aetatem, atque virtutes eam adivit vestibus pontificiis indutus, ejusdem confessionem excepit, animumque moerore languentem ita erexit, ut illico mentem recuperaret; ast in subsequa die pejus ac antea se habebat. Nihilominus auxilium non est spernendum, nam in nonnullis casibus religionis refugium ac consolatio opem praestare valent. Adspectus alicujus Dei ministri, solatia, et refugia religionis aliquam spem in aegrotante suscitare valent, eumque ad sanationem disponere. Zacuto refert se daemonomaniacum sanasse, in ejusdem cubiculum nocturno tempore introducendo Angelum simulatum, qui ei nuntiavit, Deum culpas ipsius condonasse. Hujusmodi stratagematum plura imaginari queunt cum spe optimi eventi, dummodo morbus adeo inveteratus non sit, nec aliquo vitio organico sustentus.

FINIS.

## THESES DEFENDENDAE

1. *Vitam socialem remedium praecipuum contra hypochondriam.*

2. *Hysteriasim ad Daemonomaniam praedisponere.*

3. *Theomaniam frequentiorem in pagis quam in urbibus.*

4. *Vim vitalem absque organisatione dari non posse.*

5. *Venefici Helleboro indigere.*

6. *Vitam monasticam melancholiae favere.*